



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Conuersio cuiusdam[m] ad miraculu[m] Dei in se, factum, cuius etiam vita
co[m]pendiosè describitur. Capvt. XX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

ros ipsos priuare vultis Regno cœlorum. Væ humanæ miseræ. Propter vnus horæ voluptatem tanti laboris mercede frustramini. Ego autē præmio fœtore in terrâ corruui. Tunc accedens vir ille venerabilis, qui mihi apparuerat, crexit me. Et gratias agens Deo reuersus sum in locum meū.

1 Ecce quàm mirabili visione voluit Deus sanctū virū à peccato seruare, omnesq; monachos edocere, nō debere eos institutum suum deserere, carnis concupiscētia tē-
tatos.

Conuersio cuiusdā militis ad miraculū Dei in se, factum, cuius etiam vita cōpendiosè describitur.

CAPVT. XX.

NARRAVIT nobis quidam Patrum, accepisse se à quodam milite, quod cū bellū in Africa gererent Romani cum Mauritanis, victique fugarentur à Barbaris, ac plurimi illorum partim caderentur, ipsum quoque vnus ex Barbaris nactus, hastam, vt illum feriret, vibrare cepit. Quod ille cū cerneret, orare Deum cepit, ac dicere: Domine Deus, qui apparuisti ancillæ tuæ Theclæ, & eripuisti eam de iniquorum manibus, libera & me de hac necessitate, & salua ex hac acerba morte, mox ibo in eremum, & agam vitam solitariam. Conuersus autem neminem ex Barbaris vidit. itaque continuò venit ad hanc Lauram Cupatha. Manseratque iam in spelunca, Dei se protegente gratia, annos trigintaquinque.

1 Vide vota cū adiecta cōditione fuisse in vsu etiā apud priscos patres, & post emissionē, adiectæq; conditionis euentum ab illis fuisse impleta.

Mors anachoretæ, & eius Intersectoris.